

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Lignum Vitae, Ornamentum, & Decus Ecclesiæ**

In Qvinque Libros Divisvm. In quibus, Totius Sanctiss. Religionis Divi Benedicti initia; Viri Dignitate, Doctrina, Sanctitate, ac Principatu clari describuntur: & Fructus qui per eos S. R. E. accesserunt, fuissimè explicantur

**Wion, Arnold**

**Venetiis, 1595**

Emblema II. in Pileo Cardinalicio repr[a]esentatum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38397**

## Emblema II. In Pileo Cardinalicio repræsentatum.

Nam Cardinales Ecclesiæ

*Sunt pro muro à dextris, & à sinistris.*

Exodi 14.

**N**E C MINVS illustrem fecit, quod anno sequenti 1244. Lugduni in Concilio generali, duodecim ex optimo quoque in Collegium Cardinalium cooptatis, eius sacri conselius Ordinis viros, E quo publicè uehi, & insuper Galero rubente insigniri constituerit. non solum ut à cæteris inferioribus sint conspicui, sed ut admoneantur pro fide Catholica, & Christiani populi salute, ac Ecclesiastica libertate tuenda, quæ non modicum à Friderico II. Imperatore tunc temporis impugnabatur, paratos esse debere, ut sanguinem effundant. Quod eius institutum repræsentatur in Cardinalicio illo Pileo, qui in sinistra parte conopti, tabula quam manibus praesert, depictus est. Et de reliquis equidem huius Ordinis insignibus, à posterioribus Pontificibus non Monachis excogitatis, ut ueste purpurea, & huius modi, lans illis debetur, à quibus sunt inuenita; at huius sacri punici Pilei primum usum, quippe qui à Pontifice, Monacho Ordinis S.P. Benedicti excogitatus est, S.R.E. Cardinales, eidem Benedicti Ordini acceptum ferre tenentur. Platina, Panuinus, Volaterranus lib. 22. & alij omnes recentiores.

Scripti multa, maxime in Iure Canonico, in quo adeo excelluit, ut splendor Canonistarum sic appellatus; eius autem opera hæc fenumur; Contra Petrum quendam de Vincis, qui Imperii, & aliarum rerum omnium arbitrium Imperatori tantum adscribebat,

De auctoritate Pontificis, &amp; imperij iurisdictione lib. 1.

Regula Clarissarum, lib. 1. Forma uiræ ordinis.

Vita Sancti Gulielmi Episcopi Briocensis, quem ipse canonizauit, lib. 1.

Antentica, lib. 1.

Epistolarum ad diuersos, lib. 1.

R R r 3 Appa-

Apparatus super Decretalibus, lib. 5. qui excusi sunt Venetijs anno 1495. in folio, & alibi aliquoties: nouissime uero commentana eiusdem in quinque libros Decretalium, necnon in Decretales per eundem editas, à Petro Vendrameno, ad ueterum & recentiorum exemplarium fidem collata, & ab innumeris erroribus repurgata, cum annotationibus quamplurium Iurisconsultorum, Venetijs apud Bernardinum Maiorinum anno 1570. in 4.

Accessit Index, cum nouis summaris, & Margarita Baldi de V. baldis Perusini, Francofurti 1570. in fol. & Lugduni 1578. in folio.

## CLEMENS VI.

Iubilei anni remissionis quinquagesimi institutor, & Ciuitatis Auinionensis pro Ecclesia emptor.

Emblema I. in malleo & Ecclesia  
repræsentatum.

ipse enim

*Sanctificauit annum quinquagesimum, & vocauit remissionem cunctis habitatoribus terræ, ipse est enim Iubileus. Leuit. 25.*

Cap. XXIII.



NTER omnes actiones quas fecit Clemens VI. ex Monacho Pontifex, nulla illustrior & laudabilior illa, qua Pontificis summi habitu, malleum dextra tenentis, & portam Ecclesie ante se conditutæ se percutere velle demonstrantis, cœnitatur: Hac enim significatur ipsum post Bonifacium VIII. qui Iubileum plenaria remissionis & indulgentia omnium peccatorum, centesimo quoque anno primus Romæ instituerat an. 1300. propter breuitatem uitæ humanae, ipsius Iubilei annum centesimus, ad quinquagesimum quenque annum, an. 1350. reduxisse; ut quod carnaliter olim apud Hebreos gerebatur, hoc in animabus nostris spiritu.